contemplacōnis actum ⁊ inominatum di-
uine dulcedinis gustum conuersam qꝛ sicut
mens ꝑ sui cōuersionem ad creata obfusca
tur et deturpatur ita ꝑ simplicē ꝯuersionē
sue supreme affectōnis in deum illustratur
⁊ pulcrificat' vt dicit Dyonisius in de di/
uinis nominibꝫ· ꝓpter quod talis mens ef-
ficitur diuinis conspectibus gracōsa ꝓpheta
dicente· Et concupiscet rex decorem tuum·
Signanter dicitur ꝙ ista puella iugiter re
gi mistrabat quia beata katherina ab an-
nis puerilibus adeo sinceriter xp̄o seruiuit
ꝙ non legimus eā in toto decursu vite sue
solis nihil leuiter a diuino bn̄placito fuisse
deflexam· Signanter etiam dicitur ꝙ rex
dormiebat in sinu eius quia beata kathe-
rina indefesse in sua mente dulci quodam
amplexu diuina presentia fruebatur· Et sic
patet primū principale in quo docetur q̄li
ter ex ea fulsit candor angelice puritatis·
B ¶ In istud speculum angelice puritatis
quelibet mens deuota se debet q̄ntum po
terit transformare ad qd̄ hortatur aplūs·
Rom· xiij· induimi dn̄m ihesuꝫ xp̄m videlicꝫ
eius vitam virtuosam· quā nobis in exem/
plo sue imitacōnis dereliquit· Siquis aūt
scire voluerit an xp̄m ꝑ veram conformita
tem sue imitacōnis induerit hic tali signo
discerni poterit si dulce sibi fuerit xp̄o ser-
uire ⁊ eius vestigijs delectabilit̄ inherere·
Qd̄ quidem signum nobis aꝑit aplūs cum
dicit· Que sursum sunt sapite non que suꝑ
terram· Ubi sciendum ſꝫm Angꝰ· ꝙ illa que
sursum sunt· id est dona celestia solum illis
mentibus ꝑfecte sapiūt quibus ꝓpter inte
riorem dulcorem diuine dilectōnis omnia
in q̄ndam displicentiam et amaritudinem
sunt conuersa· Et quicūqꝫ se isti speculo an
gelice puritatis studiose cōformauerit tal'
eius meritis ⁊ imitacōne triplex donū ama
bile cōsequitur· ¶ Primum est suipꝯ inti-
ma discussio et suoꝝ actuum diligēs ⁊ de-
bita circūspectō· Quā quidem custodiam et
diligentiam beata katherina adeo ꝑfecte
assecuta fuit vt diceret cū ꝓpheta· Super
custodiam meā stabo ⁊ figam gradum suꝑ
municōne debite videlicet circūspectōnis
ipiꝰ· q· di· Diligenter ⁊ sollicite obseruabo
ne aliquid mihi illabat' qd̄ mentis mee pu
ritatem valeat inquinare· ¶ Scd̄m est di-
uine offensionis benigna placacō qd̄ ex eo
liquet· Cum enim deꝰ ex nostris demeritis
ꝓuocatur intantū ꝙ manū vlcōnis diuine
contra nos extendere cogitur· ipa deuota
suis precibus ꝓ nobis interueniēs irām dei
placat non ꝑmittens manū diuine iusticie
contra nos ex causa in vlcōneꝫ extendi· vn

dicit Ben· i tractatu de caritate· Tanta ē
ꝟtus orōnis caritate iflamate ꝙ manū di-
uine omipotētie potent' detinet ⁊ reddit
qdāmodo impotentē· Qd̄ ꝓbat' exemplo
moysi qui p̄cibꝫ suis manū omipotētis dei
ad vlciscendā extentā adeo potent' tenuit
vt diceret sibi deꝰ· dimitte me vt irascatur
furor meꝰ cōtra ꝑplm meū ꝓpt' qd̄ recte fi-
gurata videt' ꝑ reginā hester q̄ p̄cibꝫ suis
apud regē assuerꝰ vitā suo ꝑplo ipetrauit
¶ Terciū donū est mētis hūane ꝑ habituꝫ
ꝟtutum plenaria fecūdacō· Qd̄ patꝫ ex eo
ꝙ nullꝰ p̄t exemplar sue ꝟtutis qd̄ nobis i
ꝯuersacōne exhibuit feruēter ⁊ delectabi-
lit' intueri nisi ꝑ hᵒ exerciciū virtuosi opis
ꝓuocetur· qd̄ signant' videt' inuere Sapie
cū dicit· Quis p̄t nutrire ignē in sinu suo ⁊
nō comburat'· q· d· impossibile ē ꝙ aliquis
ignitā caritatē sue diligēti meditacōne re
tractet nisi ꝑ hᵒ mens sua diuino amore i-
ardescat ⁊ ad cuiꝰlibet opis ꝟtuosi exerci-
ciū feruentius animet'·

Cccxij· ¶ Sermo primus·

DEdite in lucē gentiū Secūdo
btā katherina luci merito cō
pat'· qꝛ ex ipā fulget splēdor
diuine sapie ⁊ deifice verita
tis· Pōt autē dici ꝙ lux diui
ne sapie ex ipa triplicit' resplēduit· primo q̄
dem potēter· scd̄o clemēter· tercō singl'ari
ter· primū ptꝫ i suoꝝ aduersarioꝝ facili su
ꝑacōne· Naꝫ quinq̄ginta oratores ꝑitissi-
mos secū de fide disputātes adeo potēter
deuicit ꝙ eos mutos reddidit ⁊ ad veram
fidē reduxit· ac ipos nihilominꝰ ad martirij
coronā ꝑuexit· Ex qᵒ ptꝫ ꝙ̄ potent' ex ipsa
refulserit non solum radiꝰ sapie diuine· ve-
rum etiā humane· qꝛ in omi sciencia hūana
ꝑitissima legit' et ꝑfecta· ꝓpter quod etiā
a toto clero suꝑ ceteras ꝟgines ei singula
ris reuerētia exhibet'· Unde de hac dupli-
ci sapia gl'iari videtur ꝑ illud qd̄ scribitur·
Eccl'· xxiiij· Girum celi circuiui sola ⁊ in flu
ctibus maris ambulaui ⁊ in omni gente et
in omni populo primatum tenui· ꝓpt' hᵒ eīm
ꝙ gyrum sola circuiuit testat' se totuꝫ am
bitum ꝯtemplacōnis p̄habite itellectualis
attigisse· Per hoc aūt ꝙ in maris fluctibus
ambulauit innuit profunditatē diuine sapi-
entie per diuini luminis radium viuaciter ꝑ
scrutatam· Per hoc autem euidenter i omi
ꝑplo primatum honoris tenuit ꝙ ei a sapi
entibus ⁊ vniuerso cetu fidelium special'
honor ⁊ reuerētia exhibetur· ¶ Scd̄m pꝫ
i regine et ducis porphirij subita ꝯuersione

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-v-105/0410
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt